

declinauerunt sicut inutiles facti sunt: Id est iudei tales facti sunt quales et gentes: de quibus super dictum est. Non est qui faciat bonum: non est usque ad unum. Sicut ut super intelligendum est. Sepulchrum patens est guttur eorum. Aut voracitas significat inhiatitiam gula: Aut i allegoria: quod occidunt et quasi deuorant infectos eos: quibus suorum morum perversitate persuadent. Cui simile est e contrario: quod Petro dictum est: Adacta et madauca: ut in sua fide et bonos mores gentes puerteret. Linguis suis dolose agebant: Comes est voracibus adulatio et oibus malis. Venenum aspidum sub labijs eorum. Venenum: dolus dicit. Aspidum autem: quod nolunt audire precepta legis: sicut aspides nolunt audire verba incantationis: quod in alio psalmo euidentius dicit.

Quorum os maledictione et amaritudine plenum est. Hoc est venenum aspidum. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Consuetudinem male faciendi.

Corritio et infelicitas in vis eorum: Omnes enim malorum hominum viue: plene sunt labore et miseria. Ideo dominus clamat: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos: Tollite iugum meum et discite a me: quod mitis sum et humilis corde. Iugum enim meum leue est: et sarcina mea leuis est. Et via pacis non cognouerunt: Hanc viam quam dominus vult dicit commemorat: in iugo leui et sarcina leui. Non est timor dei ante oculos eorum. Ipsi non dicunt: non est deus: si tamen non timet deum.

Non cognoscent omnes qui operantur iniquitatem: Iudicium minatur. Qui deuorant populum meum sicut cibum panis. Id est quotidie. Libum enim: panis quotidianus est. Deuorant autem populum: qui sua comoda ex illo capiunt: non referentes ministerium suum ad gloriam dei: et ad eorum quibus presunt: salutem. **B**ominum non inuocauerunt: Non enim vere hunc inuocat: quod ea desiderat: quod illi displicet. Illuc trepidauerunt timore ubi non erat timor. Id est in dano regis temporalium. Bixerunt enim: Si relinquam eum sic: credet in eum omnes: et veniet Romanus: et tollent nos et locum et gentem. Timuerunt regnum terrenum amittere ubi non erat timor. Et amiserunt regnum celorum: quod timere debuerant. Et hoc de omnibus temporalibus commodis intelligendum est: quorum amissionem cum timet homines: ad eterna non veniunt.

Quoniam deus in generatione iusta est: Id est non est in eis qui diligunt seculum. In iustum est enim relinquere seculorum conditorum: et diligere seculum: Et fuisse creature potius quam creatori.

Consilium inopis confudistis quoniam dominus spes eius est. Id est contempsistis humilem aduentum filii dei: quod in eo non vidistis populum secum: ut hi quos vocabat: in deo solo spem ponerent: non in rebus transiuntibus.

Quis dabit ex syon salutare israel: Subaudit nisi ipse cuius humilitate preces persistit. Ipse enim in claritate venturus est ad iudicium viuorum et mortuorum regnumque iustorum: Ut quoniam isto humili aduentu facta est cecitas ex parte israel: ut plenitudo gentium intraret: in illo alio fiat quod sequitur: et sic omnis israel saluus fieret. Pro iudeis enim Apostolus etiam illud Esaię testimonium accipit: quod dictum est: Veniet ex syon: qui auertat impietatem ab iacob: Sicut hic positum est: Quis dabit ex syon salutare israel: Cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue: exultabit iacob et letabit israel. Repetitio est: sicut solet. Nam idem puto esse letabit israel: quod est exultabit iacob.

Explicit Tractatus de psalmo XIII

Incipit Tractatus de psalmo XIII

Psalmus ipsi David.

Hoc titulo nulla questio est.

Domine quis peregrinabitur in tabernaculo tuo: Quis aliquid ponat tabernaculum etiam per habitationem sempiternam: tamen cum proprie accipit tabernaculum: belli res est. Unde et stubernales milites dicunt: tamen simul habentes tabernacula. Hic sensus adiuuat ex eo quod dictum est: quis peregrinabitur. Ad tempus enim cum diabolo dimicamus: et tunc opus est tabernaculo quo nos refugiamus: Quod significat maxime fide temporalis dispensationis: que pro nobis acta est temporaliter per incarnationem domini. Et quis requiescet in monte sancto tuo. Hic fortasse iam ipsam eternam habitationem significat ut montem intelligamus supereminentiam caritatis christi in vita eterna. **Q**ui ingreditur sine macula: et operatur iustitiam. Hoc proposuit: deinceps id exequitur.

Qui loquitur veritates in corde suo: Nonnulli enim in labijs habent veritatem: et in corde non habent. Tamen si aliquis dolose ostendat viam sciens in ea esse latrones: et dicat: si hac ieris: a latronibus tutus eris: et contingat ut vere non ibi latrones inueniantur: Tunc ille locutus est: sed non in corde suo. Aliud enim putabat: et nesciens verum dixit. Ergo parum est verum loqui: nisi etiam in corde ita sit. **Q**ui non egit dolus in lingua sua. Lingua agit dolus: cum aliud ore perfert: aliud pectore tegit.

Alia lra. i habitabit.

Alia lra. i aut.

Alia lra. i plebe meo. Alia lra. i escam.

Alia lra. i dñs.

Marginal notes on the left edge of the page, including 'Alia lra. i plebe meo', 'Alia lra. i escam', and 'Alia lra. i dñs'.

tur. **N**ec fecit primo suo malus. Proximū: oēm hoīez accipi oportere: notū est. Et opprobriū nō accepit aduersus primū suū. Id est nō libenter aut temere credidit criminatori. Ad nihilū deductus est in cōspectu ei⁹ malignus. Ita pfectio est: vt nihil in homine valeat malign⁹: et vt h sit in cōspectu ei⁹: id est certissime nouerit malignū non esse: nisi cuz anim⁹ a specie sui creatoris eterna et incōmutabili: ad creature fixiē auertit: que de nihilo facta ē. **T**imētes autē dominū glificat. Vtq; ipse dñs. Inuitus autē sapientie timor dñi. Sicut ergo illa superiora p̄tinēt ad pfectos: ita ea q̄ nūc dicitur est: p̄tinēt ad incipiētes: **Q**ui iuratur primo suo et nō decipit: qui pecuniā suā nō dedit ad ysurā: et mūnera sup innocētes nō accepit. Ista nō sūt magna. Sed qui nec ista pōt: multo minus pōt loqui veritatē in corde suo: Et nō dolū agere in lingua sua: sed vt est i corde verū: ita pferre et habere in ore: est: est: nō: nō: Et nō facere primo suo malū: id ē nulli homini: Et opprobriū nō accipe aduersus primū suū: **Q**ue sunt pfectoz: in quoz cōspectu ad nihilū deduct⁹ ē malign⁹. **T**amē etiā ista mīora ita pcludit: **Q**ui facit hec: nō cōmouebit i eternū. Id est pueniet ad illa maiora: in quib⁹ est magna et icōcussa stabilitas. **N**ā et ipsa tēpora nō sine cā fortasse sic variata sunt: vt in supiore p̄clusiōe p̄teritū tps poneret: in hac autē futurū. **N**ā ibi dictū est: Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus. **H**ic autē: nō cōmouebitur in eternū.

ExPLICIT Tractat⁹ de ps. xiiii

INCIPIT Tractat⁹ de ps. xv.

TITULI INSCRIPTIO IPSI DAUID.

Rex noster in h psalmo loquit ex psona susceptionis hūane: de quo titulus regalis tpe passiois inscrip⁹ emicuit: **D**icit autem hec:

Conserua me dñe qm̄ in te speraui: dixi dño de⁹ meus es tu: qm̄ bonoz meoz nō eges. **Q**m̄ bonis meis nō expectas tu fieri beat⁹. **S**anctis q̄ sūt i terra ei⁹: Sanctis q̄ in terra viuētū spem suā posuerunt: ciuib⁹ hierusalē celestis: quoz puerfatio spūal p anchorā foet in illa patria figit: q̄ recte dei fra noīat: **Q**uis adhuc et in his terris carne v̄schit. **A**dirificauit oēs volūtates meas in illis. **H**is q̄ san-

ctis miras feci oēs volūtates meas in p̄fectu eoz: quo sensert quid eis p̄fuerit: et humanitas mee diuinitatē: vt morerer: et diuinitas humanitatis: vt resurgerē. **M**ultiplicate sunt infirmitates eoz: **N**ō ad p̄niciē: s̄ vt medicū desiderarēt. **P**ost ea accelerauerūt. **I**taq; post multiplicatas infirmitates: accelerauerūt vt sanarent. **N**ō cōgregabo cōuenticula eoz de sanguib⁹: **E**rūt enī p̄uenticula eoz nō carnalia: nec de sanguib⁹ pecoruz p̄piciat⁹: cōgregabo eos. **N**ec memor ero noīm illoz p labia mea. **S**ed spiritali mutatiōe obliuiscēt quid fuerūt: **N**ec a me iā vel peccatores: vel iūmici: vt hoīes: sed iusti: et frēs mei: et filij dei vocabunt p pacē meā. **D**ñs ps hereditatis mee: **P**ossidebūt enī mecū hereditatē ipm̄ deū. **E**ligant sibi alij ptes qb⁹ fruānt t̄renas et t̄pales: portio sc̄toz: dñs etiā ē. **E**t calicis mei: **B**ibāt alij mortiferas voluptates: portio calicis mei dñs est. **Q**d dico mei: adiūgo eccliam: **Q**uia vbi caput: ibi et corpus. **N**am in hereditatem congregabo cōuenticula eoz: et per calicis ebrietatē obliuiscar noīa vetera eoz. **T**u es q̄ restitues mihi hereditatē meā. **E**t nota sit et his quos libero: claritas qua erā apud te priusq; mund⁹ fieret. **N**ō enī restitues mihi qd nō amisi: sed restitues his q̄ amiserūt eius claritatis noticiā: **I**n quib⁹ qz ego sum: mihi restitues. **F**unes ceciderūt mihi in p̄claris: **L**imites possessiōes mee i tua claritate tāq; sorte ceciderūt: velut possessio sacerdotū et leuitarū deus est. **E**tenim hereditas mea p̄clara est mihi. **E**tenim hereditas mea p̄clara est: nō oīb⁹: s̄ vidētibus: **I**n quib⁹ qz ego sum: mihi est. **B**enedicā dñm q̄ mihi tribuit intellectū: **Q**uo ista hereditas videri et possideri potest. **I**nsuper autē et vsq; ad noctem emedauerūt me renes mei. **S**up intellectū autē vsq; ad mortē erudiuit me inferior ps mea: carnis assumptio: vt ex perer tenebras mortalitatis: q̄s ille intellect⁹ nō habet. **P**rouidebā dñm in cōspectu meo semp: **S**ed veniēs in ea q̄ trāseūt: nō abstuli oclm̄ ab eo q̄ semp manet: s̄ puidēs: vt in eū post t̄palia pacta recurrerē. **Q**m̄ a dextris ē mihi ne cōmouear. **Q**m̄ fauet mihi: vt stabilis i eo pmanēā. **P**ropter hoc iocundatū est cor meū et exultauit lingua mea.

Alia lra.
 t̄repuat.

Alia lra.
 t̄lectatū.